Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



XI

maltari; Tunc enim simila insartagine
frigitur. cum munda mens iusti per
zeli sci ardorem crematur. que conspe
gi oleo precipitur. id est caritas miseri
cordie miscetur. que inconspectu omni
potentis domini. ardet. et lucet; Consp
gatur ergo oleo mens que insartagi
ne frigitur. quia sancti zeli districtio.
necesse est ut misericordie uirtute ar
deat et clarescat; amat enim eum de
ipsum quem insequi uidetur; Unde
et calidam in odorem suauissimum
domino offerri precipitur. quia si a
morem zelus non habet ea que de sar
tagine offertur. calorem simila ami
sit. Et notandum quis eam offerre
precipitur. uidelicet sacerdos qui pa
tri iure successerit; Ille enim sacerdos
patri iure succedit. qui ee se omnipo
tentis domini filium moribus demons
trat. atq; a nobilitate intima. operum
suorum ignobilitate non discrepat;
Que uidelicet in maltari tota cremari
precipitur. ut uidelicet holocaustum
fiat. Holocaustum enim. totum incen
sum dicitur. Unde et in translatione
altera. in loco hoc. eadem simila que
in sartagine frigitur. holocaustum fie
ri iubetur. Hoc aut inter holocaustum
et sacrificium distat. quia omne qui
dem holocaustum sacrificium est. no
omne sacrificium holocaustum. Si
enim multa bona que agiuntur sa
crificia. sed holocausta non sunt. quia
totam mentem in amorem spiritali
minime incendunt. Qui enim sic
operantur ea que dei sunt. ut tam
et quedam que sunt sci non relin
quant. mirum sacrificium et
non holocaustum omnipotenti do
mino fiunt; Simila ita q; in sartagi
ne. est munda mens iusti in zelo spi
talis afflictionis. que p sollicitudine
animarum frigitur. et non solum
sacrificium. sed et iam holocaustum
domino esse deputatur; Sumamus
ergo sartaginem ferream et pona
mus eam murum inter nos et ci
uitatem. id est assumamus zelum
fortem. ut inter nos et auditoris
nostri. animam inueniam hunc
post modum fortem municionem.
Tunc enim hunc murum ferreum
inuenturi sumus. si nunc eum for
titer tenemus. uidelicet docendo.
custodiendo. suadendo. increpan
do. mulcendo. terrendo. aliquan
do leniter. aliquando uero et iam
seuerius agendo; Ve qua recte se
ueritate dicitur; Et obfirmabis ad
eam faciem tuam. et erit in obsi
dionem; Quid est ergo obfirmare
faciem ad ierusalem in latere descri
ptam. nisi ut ei anime. cui celesti
pacis uisionem doctorum denun
ciat. si adhuc eam infirmari in suis
actibus conspicit. remissiorem et
clemenciorem se minime ostendat.
Unde scriptum est; Filie tibi sunt
serua corpora earum. et non ostendas